Ecce hoc ut investigavimus ita est
quod auditum e mente pertracta.

H. vi.
Liber. vii.

Respondens autem iob dixit.
Utinam appenderentur pec
cata mea quibus iram merui: et
calamitates quas patior in statera. Quasi
harena maris hec graviora apparerent.
Unde et verba mea dolore sunt plena.
Quia sagitte domini in me sunt quarum
indignatio ebibit spiritum meum: et terrores
domini militant contra me. Numquid
rugiet onager cum habuerit her
bam: aut mugiet bos cum ante
presepe plenum steterit: aut poterit
comedi insulsum quod non est sale con
ditum: aut potest aliquis gustare.
quod gustatum affert mortem. Que
prius tangere nolebat anima mea:
Nunc pre angustia cibi mei sunt.
Quis det ut veniat peticio mea. et
quod expecto tribuat michi deus: et qui
cepit ipse me conterat. solvat ma
num suam. et succidat me. et hec m(ichi)
sit consolatio ut adfligens me do
lore non parcat. Nec contradicam
sermonibus sancti. Que est enim fortitu
do mea ut sustineam. aut quis fi
nis meus ut patienter agam: Nec for
titudo lapidum fortitudo mea: nec
caro mea enea est. Ecce non est auxili
um michi in me: et necessarii quoque
mei recesserunt a me. Qui tollit ab
amico suo misericordiam: timorem domini
derelinquit. Fratres mei preterierunt me sicut
torrens qui raptim transit in con
vallibus. Qui timent pruinam irruet
super eos nix. Tempore quo fuerint
dissipati peribunt. et ut incaluerit
solventur de loco suo. Involute sunt
semite gressuum eorum: ambulabunt
in vacuum et peribunt. Considerate
semitas theman. itinera saba et expec
tate paulisper. Confusi sunt quia spe
ravi: venerunt quoque usque ad me. et
pudore cooperti sunt. Nunc venistis:
et modo videntes plagam meam
timetis. Numquid dixi. adferte michi
de substantia vestra et donate michi: vel
liberate me de manu hostis. et de ma
nu robustorum eruite me. Docete
me et ego tacebo: et siquid forte ig
noravi instruite me. Quare detra
xistis sermonibus veritatis cum e vobis
nullus sit qui possit arguere me. Ad
increpandum tantum eloquia con
cinnatis: et in ventum verba profertis.

Super pupillum ir Liber. viii.
ruistis: et subvertere nitimini
amicum vestrum. Verumptamen
quod cepistis explete. Prebete
aurem: et videte an mentiar. Respon
dete obsecro absque contentione. et
loquentes id quod iustum est iudica
te: et non invenietis in lingua mea
iniquitatem: nec in faucibus meis stul
ticia personabit. Militia est vita hominis H. vii.

H. Duorum furor eor... bit meum sanguinem

H. Dicam e est ang... tus in sermonibus in an... non possit anima mea pau... sare animam bionum(?) autem video esse eas meas sicut odore leonis.

H. Det autem in ... mas sepulchrum supra ... urtas nuper sale habeam in eam.

H. Dies mei ante gla... ces gelus quem ... be... calore facta non apparet ... ero ... et ego delect... sum ab omnibus ... et exul domui factus sum.

H. Numquid non temptatio e... sua super terram.